

Pergamena 12

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Pergamena 12

22-04-1359

+ In Dei nomine amen. Anno a Nativitate Eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, regnantibus sererenissimis dominis nostris Lodoyco et Iohanna, Dei gratia Ierusalem et Sicilie rege et regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum vero eiusdem domini regis anno undecimo et dicte domine regine anno decimo septimo, feliciter amen. Mense aprilis die vicesimo secundo eiusdem duodecime indictionis apud Sinesium. Nos Bartholomeus de Pregna de Arissa regius et reginalis iudex per predictum regnum Sicilie ad contractus. Palaganus de Monte Sion de Tursio, puplicus ubique per provincias Terre Laboris et comitatus Molisii, principatus Citra [Ultraque] Serras Montorii Basilicate, terre Idronti et Iordane, ducatus Calabrie, regia ac reginali auctoritate notarius et testes subscripti et subsignati, ad hoc specialiter vocati et rogati, tenore presentis puplici instrumenti fatemur, notum facimus et testamur: quod predictis die et loco magnifica domina, domina Margarita, comitissa Clarimontis ex una parte, et infrascripti seu infranominati homines et persone ex parte altera. In nostri presentia constituti supscripti venditores et venditrices de subscriptis bonis et rebus fecerunt sibi invicem per se et heredes suos puplice et solempne coram nobis; non vi non dolo non metu non fraude nec aliqua suasionem decepti vel aliter circumventi sed eorum bona et gratuita voluntate prout inferius declaratur. Qua quidem bona empta seu permutata vel permutationis titulo et ex causa per dictam dominam comitissam, prout continetur inferius, acquisite, eadem domina comitissa voluit et asseruit coram nobis se emisse ac permutationis titulo acquisivisse ad opus et per opere constructionis

et hedificationis loci seu [monasterii] Sancte Marie Annuntiate de Sinesio, ordinis fratrum minorum, quem locum eadem domina comitissa fecit et consuevit [.....] supradictam, videlicet: Nigra de dopna de Nigra de Sinesio, cum auctoritate Guillelmi de Parisio de Sinesio, mundualdi sui periti per eam et per me iudicem sibi datum, presentem et consensum ac auctoritatem sibi ad presentem contractum prestantis in officium mundualdi legitimi quo carere se dixit, vendidit ac permutavit, et ex causa vendictionis et permutationis concessit prefate domine comitisse quandam domum sitam in prefata terra Sinesii in vico ecclesie sancti Nicolai de Grecis [...] fortelliciis dicte terre et domum quondam Mabilie neptis sue, pro qua domo et eiusdem domus lignaminibus prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem Nigre in pecunia unciam unam et tarenos [...] casile unum, quod fuit Iohannucii domini Calabrie, situm in dicta terra Sinesii in vico ecclesie sancti Michaelis iuxta domum Rogerii Succurti, vias puplicas a tribus partibus et fines alios; eadem Nigra cum auctoritate qua supra vendidit eidem domine comitisse casile unum seu domum, situm in dicta terra Sinesii in dicto vico sancti Nicolai, iuxta domum ipsius Nigre, domum Iohannis Sfortunati et vias puplicas. Pro cuius domus et lignaminum eius totali pretio prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem Nigre unciam unam et tarenos quatuor. Iohannes Sfortunatus de Sinesio vendidit ac permutavit eidem dicte comitisse domum unam sita in dicto convicinio sancti Nicolai, iuxta domum predictae quondam Mabilie, vias puplicas a tribus partibus et fines alios. Pro qua domo et eius totali pretio prefata domina comitissa solvit et assignavit prefato Iohanni casile unum quod fuit dopne Belledopne, situm in dicto vico sancti Michaelis,

iuxta murum fortellicie dicte terre, casile Agnesie de Michaelae et vias puplicas a tribus partibus et fines alios nec non certam partem ipsius casili prefate Agnesie siti in eodem vico iuxta domum dicti Iohannis et vias puplicas, emptam ab ipsa Agnesia prout infra scriptum et in pecunia tarenos novem et grana sexdecim. Agnesia de Michaelae predicta cum auctoritate nobilis viri domini Guillelmi de Aulisia, mundualdi sui periti per eam et per me predictum iudicem confirmati in defectu legitimi quo carere se dixit, presente et suum consensum ac auctoritatem in presenti contractu prestante, vendidit prefate comitisse predictam partem casilis sui concessam domino Iohanni Sfortunato. Pro cuius totali pretio ipsa domina comitissa solvit et assignavit eidem Agnesie tarenos septem et grana decem. Margarita de Matera, habitatrix Sinesii, vendidit [...] domine comitisse opus lignaminum quod habebat in quodam casili suo in dicto vico sancti Nicolai iuxta vias puplicas a duabus partibus et fines alios, pro pretio tarenorum sex, quos recepit integraliter exinde a prefata domina comitissa. [...] episcopus de Sinesio procurator ecclesie sancte Trinitatis de eadem terra Sinesii, dompnus Hugolottus, decanus Anglonensis et dompnus Petrus, cantor Sinesii, cappellani et rectores eiusdem ecclesie permutaverunt et concesserunt eidem domine comitisse unum casile in quo habebat predictum opus lignaminum prefata Margarita; et insuper quoddam aliud casile seu domum quam tenebat dopna Isolda contiguam cum eodem casili, pro quibus duobus casilibus seu domibus ecclesie sancte Trinitatis predicte, prefata domina comitissa concessit et assignavit prefatis procuratori et rectoribus dicte ecclesie presentibus et recipientibus pro eadem, in excambium et permutationis causa, quasdam terras sitas

in territorio Sinesii [...] rubio, iuxta terras eiusdem ecclesie sancte Trinitatis, flumen Sinni, vias puplicas et fines alios. Iohannes Barisanus de Sinesio vendidit ac permutavit prefate domine comitisse domum unam cum casili, sitam in eadem terra Sinesii, in vico Sancte Sophie, iuxta murum fortellicie terre, domum Luce Ferrarii et vias puplicas. Pro cuius totali pretio et excambio prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem Iohanni casile unum quod fuit prefate [...] in vico sancte Crucis, domum Venture Barisani, domum Margarite de Mocta et vias puplicas, et in pecunia tarenos sex. Gualterius Falconus vendidit et permutavit eiem domine comitisse quandam domum, sitam in dicto vico Sancte Sophie, murum fortellicie terre, domum quondam Mathei Calfoni viam puplicam et fines alios. Pro cuius totali pretio et excambio prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem Gualterio casile unum quod fuit predicti domini Gualterii Falconi, situm in vico Sancti Nicolai, iuxta domum dompni Petri de Amato, vias puplicas a tribus partibus et fines alios et in pecunia unciam unam et tarenos sex. Rogerius Cariosus vendidit eidem domine comitisse casile unum situm in dicto convicinio Sancti Nicolai, iuxta domum Nicolai de[...] rulo, vias puplicas et fines alios. Pro cuius totali pretio prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem Rogerio unciam unam et tarenos tres. Goffridus Calfonus, filius Mathei Calfoni vendidit et permutavit quandam domum sita in vico predicto iuxta domum Luce Ferrarii, murum fortellicie terre, casile heredum quondam notarii Rainaldi et viam puplica. Pro cuius totali pretio et excambio prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem Goffredo in pecunia tarenos duodecim et petiam unam terre in contrata de Cripata

suis finibus limitatam. Notarius Nicolaus Peregrini permutavit et concessit prefate domine comitisse casile unum, situm in predicto loco seu vico iuxta domum Petri de Boiano, casile quondam Petri Barisani et fines alios. Pro cuius excambio predicta domina comitissa concessit eidem notario Nicolao casile unum quod fuit dopne Belledopne, situm in dicto vico sancte Crucis, iuxta domum Simonis de Agrimonte, domum Dominice, filia Iohannis Barisani et vias puplicas. Bivianus de Casoria vendidit eidem domine comitisse quandam domum sita in vico Sancte Marie de Platea, iuxta domum dompni Francisci dompni Hugonis, casilia dompni Guillelmi de Aulisia et viam puplicam. Pro cuius totali pretio prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem Biviano unciam unam et tarenos duodecim. [.....] permutavit et concessit prefate domine comitisse casile unum in vico predicto, situm de Sancta Sophia, iuxta murum fortellicie terre, domum quondam Goffridi Falconi, casilia Gualterii Falconis, viam puplicam et fines alios. Pro cuius excambio prefata domina [comitissa assignav]it eidem Luce predicto casile emptum a Biviano prefato. Petrus iudicis Nicolai vendidit predicte domine comitisse casilia duo contigua, sita in dicto vico Sancte Sophie, iuxta vias puplicas, domum Nicolai de Iorinczana et fines alios. Pro quorum totali pretio domina comitissa solvit et assignavit eidem uncias duas. Dopna Belladopna et Laurecta eius filia, cum auctoritate Antonii de Melfia, viri dicte Laurecte et ipsarum legitimi mundualdi, nec non idem Antonius vendiderunt et permutaverunt prefate domine comitisse casilia, tam videlicet predictum casile datum in excambium predicto Iohanni Sfortunato, predictum aliud datum in excambium predicto Iohanni Barisano. Et aliud

predictum datum in excambium prefato notario Nicolao Peregrini, nec non omnia bona sita in dicta terra Sinesii, in contrata Sancti Nicolai de Greca predicti, iuxta vineam dompne Isolde, ortum domini Guillelmi de Aulisia, ortos notarii Nicolai Curunii et Ioseph domini Riccardi mediante quadam via, pro quorum orti et casilium totali pretio et excambio predicta comitissa solvit et assignavit eisdem in pecunia uncias quinque; nec non casilia tres contigua, sita prope ecclesiam Sancte Trinitatis, viam puplicam a tribus partibus, domum Thomasii Succurti et fines alias, empta per dictam dominam comitissam a Bernardo [.....]. Riccardus de Armento et Agnesia uxor eius, cum auctoritate eiusdem Riccardi viri et legitimi mundualdi sui vendiderunt eidem domine comitisse casile unum situm in dicto vico Sancti Nicolai, quod fuit Hugolocti de Losana et fratris, iuxta viam puplicam, iscla Petri iudicis Nicolai, domini Nicolai de Forinczana et fines alios. Pro cuius totali pretio prefata domina comitissa solvit et assignavit eisdem unciam unam. Dompna Isolda de prefata terra Sinesii cum auctoritate notarii, mundualdi sui positi per eam et per me predictum iudicem confirmati, in defectu legitimi quo tunc carere se dixit et consensum ac auctoritatem sui in presenti contractu prestantis, vendidit assignavit atque concessit prefate domine comitisse hedificium et opus lignaminum seu domum quod habebat in quodam casile Curie, situm in predicto vico Sancti Nicolai, iuxta domum Margarite de Matera, vias puplicas et alios fines; nec non ortos duos seu terram sitos in contrata Sancti Iacobi, iuxta ortum dicte Belledopne, ortum ipsius dopne Isolde et alias fines. Pro quorum totali pretio et excambio prefata domina comitissa solvit assignavit atque concessit eidem dopne Isolde in pecunia

unciam unam et tarenos quindecim. Dominus Guillelmus de Aulisia permutavit atque concessit eidem domine comitisse casile unum predictum quod concessum est in excambium, ut prefertur, predicto Gualterio Falcono et casile unum aliud contiguum cum eodem. Pro quorum duorum casilium excambio prefata domina comitissa concessit et assignavit eidem ortorum quantitatem terrarum sitarum in territorio Sinesii in contrata Serre de Petra, iuxta terram feudi ipsius domini Guillelmi, terras Curie et alios fines. Iohannucius de Calabria dominus Calaber permutavit atque concessit prefate domine comitisse casile unum predictum, quod concessum est in excambio ut prefertur, predictae Nigre. Pro cuius excambio prefata domina comitissa concessit eidem petiam unam terre, sita in contrata Sancti Philippi, iuxta terram Thomasii de Calabria, terras Curie, vineam Nicolai dopne Bohace et viam publicam. Lillus Succurtus permutavit atque concessit prefate domine comitisse casilia duo contigua sita in dicto vico Sancte Sophie, iuxta murum fortellitiae terre, domum Goffredi Calfonis, casile Margarite de Durante, viam publicam et alias fines. Pro quorum excambio dicta domina comitissa concessit eidem petiam unam terre, sita in dicta contrata Bissileti, iuxta terram ecclesiae Sancte Trinitatis, quae fuit Iohannis Falconi, terram monasterii carbonensis, terram notarii Nicolai Curunii et fines ahos. Notarius Nicolaus Curunius permutavit atque concessit prefate domine comitisse casilia duo contigua, sita in dicto vico Sancti Nicolai, iuxta casile Sancte Trinitatis, domum quondam magistri Malfucii, vias publicas et alios fines, nec non alia tria casilia contigua sita ibidem, iuxta portam meniarum terre Sinesii, vias publicas et alios fines. Pro qua permutatione et excambio predicta domina comitissa

concessit eidem casilia duo sita in territorio Sinesii, in vico Sancti Theodori, iuxta domum Riccardi Salamonis, vias puplicas, domum ipsius notarii Nicolai et fines alios, nec non certam quantitatem terrarum, sitarum in dicta contrata de Bissileto, terras dicti notarii Nicolai, viam publicam et omnia predicta concessa in excambio dicto Lillo. Nicolaus Babosus vendidit predictae domine comitis beneficium quod habebat in quodam casili seu cripta, situm in vico predicto Sancti Nicolai, iuxta portam predictam terre Sinesii [...] cuius Nicolai predicti prefata domina comitissa solvit et assignavit eidem in pecunia tarenos viginti quatuor. Dompnus Petrus de Amato permutavit atque concessit eidem domine comitis casilia duo, sita in eodem vico, iuxta casilia notarii Nicolai Curunii, domum Nicolai de Forinczana, viam publicam et alios fines. Pro quorum excambio prefata domina comitissa concessit et assignavit eidem casile unum predictum, emptum a prefato domino Guillelmo, contiguum cum predicto casili dato in excambio Gualterio Falcono predicto. Margarita Durante, cum auctoritate Guillelmi Dopnebese, viri et legitimi mundualdi sui, vendidit permutavit atque concessit prefata domine comitis domum quandam, sita in dicto vico Sancte Sophie, iuxta muros terre Sinesii, iuxta predictum casile Agnesie de Michaelae, casile Acti Succurti et viam publicam. Pro cuius totali excambio atque pretio prefata domina comitissa assignavit et concessit eidem casile unum, situm in vico Sancte Marie Annuntiate, iuxta domum Gregorii de Benevenuto, casile filiorum quondam Guillelmocci iudicis Aliberti, viam publicam et fines alios, et in pecunia tarenos quatuor. Quam totam prenominatam quantitatem pecunie datam per eandem dominam

predictis partis vendentibus dicte domine casilia et ortos predictos et opus lignaminum et domos superius declaratas, pro pretio ipsarum rerum venditarum, nec non casilia et terras datas per eandem dominam prefatis partis permutantibus dicta bona eorum cum eadem domina, ut prefertur, predicti venditores et venditrices ac permutatores et permutatrices bonorum ipsorum, cum auctoritatibus supradictorum mundualdorum eorum, coram nobis voluntarie confexi fuerunt se pro pretio et excambio ipsorum bonorum ab eadem domina integraliter recepisce et habuisse pecuniam, videlicet in carolenis argenti boni et iusti ponderis sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis et possessiones predictas traditas sibi per fustem per eandem dominam pro predictis excambiis similiter integre suis finibus limitatis. Pro quibus dicti venditores et venditrices ac permutatores et permutatrices et quilibet seu quelibet ipsorum, voluntarie reputaverunt se contentos exinde tacitos et pacatos. Renuntiantes non numerate ponderate assignate seu recepte dicte pecunie et non traditarum nec non assignatarum dictarum possessionum permutatarum per eandem dominam cum eisdem non venditarum et non permutatarum. Exceptioni ac etiam exceptione doli mali vel metus et in factum minoris pretii et minus dimidio iusti pretii seu aliter geste et non nullo modo geste ut in presenti contractu continetur, beneficio novarum constitutionum de fideiubsoribus et de pluribus reis auxilio epistole divi Adriani et beneficio Vellegiani et senatus consultus. Iuri dicenti generalem enuntiationem in contractibus non valere ac omni alii exceptionis iuris auxilio et legum beneficio cum quibus contraveniendo premissis possent se defendere vel tueri. Certiorati prius de

predictis exceptionum auxiliis et beneficiis supradictis per me predictum notarium [...] piente. Et nichilominus pro maioris cautele suffragio et premissorum roboris firmitate venditores et permutatores ac venditrices et permutatrices, ipsi et quilibet eorum in solidum promiserunt et obligaverunt se et heredes suos ac bona omnia habita et habenda ad penam dupli extimationis dictorum bonorum diete domine et eius Curie, si secus inde fierent applicandam ac etiam ad sancta dei evangelia iuramentum corporaliter prestiterunt. Predicta omnia et singula ac permutationes et venditiones predictas firmas seu firma et rata omni futuro tempore habere et tenere per se et heredes suos et eisdem nullo tempore dicere facere opponere vel venire per se vel per alium sive alios in iudicio vel extra iudicium, publice vel occulte. Me predicto notario tanquam persona publica et dicta domina pro se et eius Curia penam ipsam solepniter et legitime stipulantibus. Qua pena soluta vel non soluta seu [...] remissa predicta omnia in sue firmitate robore perpetuo perseverent. In cuius rei testimonium et tam dicte domine comitis et heredum suorum quam predicti monasterii sive loci et omnium quorum interest vel interesse poterit certitudinem et cautelam. Presens publicum instrumentum exinde factum est per manus mei predicti notarii publici signo meo consueto signatum, mei qui supra iudicis [...] roboratum. Quod scripsi ego Palaganus qui supra publicus regia ac reginali auctoritate notarius qui premissis rogatus et requisitus interfui et meo consueto signo signavi. Superius autem [...] nona ubi legitur predictum Luce Ferrarii, per me predictum notarium abrasum extitit rescriptum et emendatum, quod non noceat sed pro autentico habeatur quia michi accidit non vitio sed errore.

+ Ego Bartholomeus de Prenna de Arissa qui supra per totum predictum regnum ad contractus iudex subscripsi.
+ Ego Nicolaus Curuneus interfui qui supra, predicta confiteor. + Ego Daniel iudicis Aliberti de Sinesio, annalis eiusdem terre iudex interfui et me subscripsi. + Ego Simon de Agromonte testis sum. + Ego notarius Angelus notarii Leonis de Frerio testis sum. + Ego Iereio Berardo, archipresbiter Sancti Chirico, testis sum.